



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CLXXXIV. De formatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

vis maritus sit, nihil aliud agat &c. ut *su-
prā pag. 479.*

Aliud mandatum.

C L X X X I . Domino magnifico fratri illi, ego ille. Omnibus non habetur in-
cognitum qualiter me fenečius adgravat,
& infirmitas domat, ut causas meas mini-
mè valeam prosequi vel admallare. Prop-
terea precor & supplico caritati tuae &c. ut
suprā pag. 449.

Aliud mandatum.

C L X X X I I . Legibus institutum est &
confuetudine per tempora conservatum
ut quicunque advocatum instruere velit,
mandato legaliter dato atque sollemniter
confirmato eum instruere debeat &c. ut
suprā pag. 441.

Aliud mandatum.

C L X X X I I I . Magnifico fratri illi,
ego ille. Omnibus non habetur incognitum
quām me gravis ægritudo domet, ut ele-
mosynam meam minimè valeam procura-
re. Propterea rogo caritatem tuam ut
propter Deum de rebus meis in vice mea
eleemosynam facere vel dispense de-
beas. Pro hoc trado tibi à die præsente
omnes res meas in pago illo, in loco cu-
jus vocabulum est ille, id est, terris, man-
nis, dominis, ædificis, quantumcunque
vifus sum tenere, totum & ad integrum,
quicquid dici aut nominari potest, tam
dealode, aut de comparato, vel de quo-
libet adraetu, in quibuscunque pagis aut
territoriis vifus sum habere, totum & ad
integrum, rem inexquisitam, per meos
vvadros aut andelangos, per hoc manda-
tum ad meam eleemosynam faciendam in
pauperes vel sacerdotes tibi trado, ut quic-
quid exinde egeris gesllerisive, apud me in
omnibus & ex omnibus ratum & aptum
atque transactum definitumque esse cog-

noscas. Et, quod nec fieri credo, si ego
ipse aut aliquis. & reliqua.

De formatis.

C L X X X I V . Græca elementa lit-
terarum numeros exprimere nullus qui te-
nuerit Græci sermonis notitiam habet
ignorat. Ne igitur in faciendo epistolis ca-
nonicis, quas mos Latinus formatas vo-
cat, aliqua fraus falsitudinis temerè pre-
sumeretur, hoc à patribus c c x v i i i .
Nicææ congregatis saluberrimè inventum
est & constitutum, ut formatae epistolæ
hanc calculationis seu suppationis ha-
beant rationem; id est, ut adsumantur in
supputationem prima Græca elementa
Patris & Filii & Spiritus sancti, hoc est,
P. Y. A. quæ elementa octogenarium qua-
dragestimum & primum significant nu-
merum. Petri quoque Apostoli prima littera,
id est, P. qui numerus octoginta signi-
ficat; ejus qui scribit epistolam, prima
littera; cui scribitur, secundalittera; ac-
cipientis, tertia littera; civitatis quoque
de qua scribitur, quarta; Indictionis quo-
que, id est, temporis qui fuerit numerus
adfirmatur. Atque ita his omnibus litteris
Græcis, quæ, ut diximus, numeros ex-
primunt, in unum ductis, quæcumque col-
lecta fuerit summa, epistola teneat, hanc
qui suscipit, omni cautela requirat ex-
presse. Addat præterea separatum in epi-
stola etiam nonagenarium & nonum nu-
merum, qui secundum Græca elementa
significatur.

Littere commendatitiae.

Sancto & Deo amabili Magnoni dono
Dei Archiepiscopo ex Senonica urbe. Ego
enim in Dei nomine Ebroinus dono Dei
Archiepiscopos ex Biturige urbe &c. ut
suprā pag. 443.

